

Mole ex Aegypto educti sunt, veritas diuinæ promissionis patribus factæ de semine eorum instar stellarum cœli & arenæ maris multiplicando, tanto illustrius comprobetur. Neque enim, nisi diuino miraculo & singulari benedictione ista paucitas septuaginta animarum in innumerabilem multitudinem 60000. demptis senibus, parvulis & fœminis, intra annos 225. excrescere

potuit. Sic non humana ratione, sed Dei admirabili gratia Ecclesia subinde ab exiguis initiis ad magna exsurgit incrementa, & quidem sub cruce, quando maxime videtur oppressa. Ita factum tempore Abelis, Abrahami, Iacobi, & filiorum: tempore Christi & duodecim Apostolorum. Sichodie fieri videmus. Id vero præsentiam & veritatem Dei confirmat.

### TERTIA PARS CAPITIS Iacobi & Iosephi suauissimus congressus.

- 28 Iudam autem præmisit ante se ad Ioseph, ad præparandum ante se in Gosen: & venerunt in terram Gosen.
- 29 Iunxit autem Ioseph currum suum, & ascendit in occursum Israel patris sui in Gosen: & visus est ab eo: & cecidit super collum eius: ac fleuit super collum eius aliquantis per.
- 30 Tunc dixit Israel ad Ioseph: Moriatur nunc, postquam confexi faciem tuam: adhuc enim tu viuis.
- 31 Et dixit Ioseph ad patrem suum, & ad domum patris sui: Ascendam, & nuntiabo Pharaoni, & dicam ad eum: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Canaan venerunt ad me.
- 32 Viri autem illi sunt pastores ouium quoniam homines peccarij sunt: & pecudes suas, ac boves suos, & omnia quæ habent, adduxerunt.
- 33 Eterit, quando vocabit vos Pharaon, & dicet: Quæ sunt opera vestra?
- 34 Tunc dicetis: Homines pecuarij sunt serui tui à pueritia nostra usq[ue] huc: & nos, & patres nostri: vt habitemus in Gosen: quia abominationis Aegyptius est omnis pastor ouium.

### E X P L A N A T I O.

**28. IUDAM AVTEM PRÆMISIT.** Tertia parte describitur dulcissimus patris & filii congressus: cuius tres notauimus circumstantias. Prima est senilis prudentia Iacobi, quod ingressus fines Aegypti Iudam ante se alegat ad Iosephum, vt ei annuntiet patris aduentum. Cur Iudam? quia prudentia & autoritate reliquis præpollebat: quin & gratia apud patrē & ipsum Iosephū, vt ostendunt actiones præcedentes. **C**ונסְלַתְרָה ad verbum, vt doceret ante se, h.e. vt Ioseph (nam ad hunc est referendum) cognito patris aduentu, in terra Gosen curaret ei parari locum cum tota famili. :n: for. ε ab incolis adite prohi-

beretur, aut cum quoquam contendere opus haberet. LXX vt occurreret ei ad Heroum ciuitatem: quod ab Hebræo alienum est. Terram Gosen vocant terram Ramesse: quæ videtur fuisse metropolis in Gosen: c. 47. 11. Heroum videtur situm esse ex Hebræo מִן־librariorum inscitia, ex Iosephi lib. 2. c. 4. Philo vocat Heliopolin. Onkel. vt præpararet ante se. Hæc prudentia decebat Iacobum, aduenam in peregrina regione, ne quem forte ipse turbaret, aut à quoquā turbaretur. Monemur & nos, nihil temere aut illotis manibus, q̄ dicitur, aggredi: præsertim in peregrinationibus & conuersatione omnes offenditur causa dilige-

ter